



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Fasti Mariani**

**Brunner, Andreas  
Pfeffer, Wilhelm**

**Antverpiæ, 1663**

B. Henricus Suso C. 25. Ian.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41940**

25. Ian. VITÆ SANCTORUM. 65  
postea tam abundè, ut payimenta, &  
vestes sacrificantis fletu maderent, in-  
terque cœnulam plus videretur lacry-  
marum quàm aquæ bibere. Magnatibus  
etiam familiaris pacem inter Conradum  
Imp. & Henricum Regem sanxit. Vene-  
num non semel ennoxius bibit, illis  
morientibus, qui miscuerant. Pastorem  
à lupolaniatum vitæ, & gregi reddidit:  
dæmonem ludicrâ alapâ fugavit. Mori-  
tur denique cilicio incumbens, terram-  
que matrem prono pectore deosculans.  
Mortuum sex dies odor mirissimus  
laudavit suavissimusque; tumularunt  
inter homines visi Angeli, sepulchrum  
verò ingentia miracula ornavit. Ex  
Suario.

*Ornari abs te Diabolus querit, si Cali-  
cem aureum invenisse sin terra, donares  
illum Ecclesiæ Dei: accepisti à Deo inge-  
nium spiritualiter aureum, & ministras  
inde libidinibus, & in illo Sathanae pro-  
pinas teipsum. S. Aug. Ep. 41.*

B. HENRICUS SUSO C. 25. Ian.

**H**ENRICUS Suso Constantiæ in Do-  
minici familiam adlectus simulque  
à JESU in adyta amoris inductus, JESU  
nomen pectori inculpsit ingeniosus  
calator. Digitales erant literæ, quæ-  
que ad cordis motum, & ipsæ move-  
bantur, ut cum hoc dudum conspirasse  
E idem



66 VITÆ SANCTORUM. 25. *Iam*  
idemque utrobique agiscires. Interea in-  
ter dolores deficientem alterum, & e  
coelo lapsum nomen JESU è cruce auro  
gemmisque rutilans recreavit. Et cur à  
Filio Mater abesset? MARIAM salu-  
tare ante solem gestiebat, tunc præfer-  
rim, cum idem faceret Angelos audis-  
set, illis verbis, *Stella MARIA maris*  
*hodie processit ad ortum*: quandoque et-  
jam ad cantus illos socius admissus.  
Iam Kal. Ian. & Maii, quibus Suevia vel  
Xeniis vel cantu certat, ille totos dies  
JESUM & MARIAM sonare, flores Cru-  
ci dare, hanc osculis fatigare; ut post  
tot amores manifestus iterum JESUS  
HENRICI nomen in AMANDI muta-  
rit, & MARIA (cujus solo nomine in-  
fugam orcum dabat) humana nauseanti  
caelestem liquorum propinarit. Cæterum  
(mecum mirare) hucusque in primo gra-  
du virtutis consistere AMANDUM suum  
Christus docuit, & Seraphinum alatum  
in cruce suâ indutus docuit per adversa  
non ire, sed volare in cælum. Abhinc  
scortator, sacrorum fur, impostor, ve-  
neficus audiit AMANDUS, ut succum-  
bere potuisset, nisi JESUS & MARIA  
Angelique colloquiis suis identidem  
firmassent. His succolantibus in cæ-  
los evasit, anno M. CCC. LXV. qui  
sequi volunt, legant scandantque *Ru-*  
*pes*, quas scripsit. *Ex Ann. Ordin.*  
*Pred.*

*Tri-*



26. Ian. VITÆ SANCTORUM. 67

*Tristatur aliquis? veniat in cor ejus  
JESUS & inde saliat in os, & ecce ad  
exortum nominis lumen, nubilum omne  
diffugit, & redit serenum. Labitur quis in  
crimen, currit ad laqueum mortis, nonne  
si invocet nomen vitæ, respirabit ad vitam?  
S. Bern. serm. 15. Cant.*

S. POLYCARPUS EP. M. 26. Ian.

**A**Ntistes Smyrnensibus POLYCAR-  
PUS à Divo Joanne Apostolo datus  
est, eâ apud omnes fuisse auctoritate  
memoratur, ut subinde sperare ausi sint  
Judæi, Christianos, misso Christo,  
POLYCARPUM secuturos. Libertate  
quàm Christianâ in dicendo fuerit, ar-  
gumento ejus cum Marcione hæretico  
congressus, qui cum ad conspectum  
suum exhorrescere Divum videret, auda-  
ciâ linguam armante, *Nosce nos*, ait *ama-  
bo*. At POLYCARPUS, vultu ad severi-  
tatem composito, id tantum respondit,  
*Nosci equidem primogenitum Sathanae*.  
Cæterum Romæ cum degeret, divini-  
tùs de morte suâ edoctus, lictoribus ob-  
viam progreditur. Sub pugnae initium  
voce è cælo animatur, jamque Christo  
malè jussus dicere: *Qui*, inquit, *malè*  
*illi* possum dicere, qui ipsos LXXX. an-  
nos famulanti sibi mali nil fecit un-  
quàm? Ergo ad rogum damnatur. Sed  
virtutem ipse absolvit ignis, dum tangere

E 2

veri-